Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.14
Auteur(s) : Antoine Michael Melchior Cochet
Type de document : affiche
Éditeur : non renseigné (Dijon)
Imprimeur : Antoine Defay
Période de création : 3e quart 18e siècle
Date de création : 1773
Description : Une feuille de papier, renforcée au verso par du ruban ahésif. Les bords sont noircis, tachés et déchirés. Une inscription à l'encre au verso. Une estampe dans la partie supérieure
Mesures : hauteur : 505 mm ; largeur : 375 mm
Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir Antoine Cochet pour l'obtention de la licence, à l'université de Dijon, le lundi 29 mars 1773.Les articles de droit civil traitent des tutelles et des raisons pour lesquelles on ne peut être tuteur. Les articles de droit canon portent sur les sépultures. L'estampe représente des armoiries.
Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 1
ill.

DEO OPT. MAX.

THESES

UTRIUSQUE JURIS.

CANONICI. CIVILIS.

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

Ex Cap. 11. Extrà. *De Sepulturis*;

I.

SEPULTURÆ nomine intelligitur locus, in quo defunctorum cadavera reponi ſolent.

II.

IN eâ Eccleſiâ quiſquis regulariter ſepelitur, in quâ Divina audiebat ac percipiebat.

III.

CUIQUE tamen licet ſepulturam alibi eligere.

IV.

VERUM ſi alibi quam in propriâ Parochiâ ſepultura eligatur, Eccleſiæ dimiſſæ debetur Canonica portio.

V.

ELIGENS ſepulturam in loco non religioſo, audiendus non eſt.

VI.

NIHIL pro ſepulturâ exigi poſſe ſacris Canonibus definitum fuit; oblatum verò ſponte, ritè accipi poteſt.

VII.

HÆRETICI & excommunicati, ab Eccleſiaſticâ ſepulturâ arcendi ſunt.

VIII.

SI quis ſibi caſu fatum properaverit, Eccleſiaſticâ ſepulturâ donandum eſſe haud dubitatur.

IX.

CŒTERUM cum Pſalmis & Orationibus ſepelienda ſunt defunctorum corpora.

Ex Lege *Humanitatis* 23. Cod. *De excuſ. Tut. &c.*

I.

TUTELAM munus publicum eſſe placuit, proindè invitis injungitur.

II.

VARIIS tamen ex cauſis tutores excuſantur.

III.

QUAS intrà tempus præfinitum, coram Magiſtratu proponere debent.

IV.

QUIBUS immeritò rejectis ad remedium appellationis recurrere poſſunt.

V.

INTER juſtas excuſationis cauſas recenſetur numerus liberorum.

VI.

SI enim tres liberos Romæ quis habeat, vel in Italiâ quatuor, aut in Provinciis quinque excuſabitur à tutelâ.

VII.

JUSTAM adhuc cauſam excuſationibus præbent tria onera tutelæ non affectatæ, ætas major ſeptuaginta annis, adminiſtratio rei fiſcalis, abſentiæ rei publicæ causâ.

VIII.

ITEM poteſtas, lis de univerſis bonis, inimicitiæ, paupertas, adverſa valetudo, imperitia litterarum, profeſſio artium liberalium.

IX.

DEMUM ratione pietatis excuſatur qui propinquo ſanguinis vinculo devincitur ei qui litem gravem habet cum pupillo.

Has Theſes Deo Duce, auſpice Deiparâ & Præſide Clariſſimo Conſultiſſimoque V. D. JOANNE-BAPTISTA MICAULT, J. U. D. Anteceſſore, necnon in Senatu Patrono, tueri conabitur D. ANTONIUS-MICHAEL-MELCHIOR COCHET, *ex Blanzy, Monticinenſis, Baccalaureus, Die Lunæ 29 Martii, ann. Dom. 1773, horâ undecimâ.*

PRO LICENTIATU.

IN MAJORE UNIVERSITATIS AULA.

DIVIONE, Apud ANTONIUM DEFAY, Provinciæ & Univerſitatis Typographum.